





176

34.

35.

9

36.

37.

38.

39.



1762.

34. Heindel, Christianus Iosephus : Super monte pietatis
35. Heinrich, Gaspardus : De phasi rotunda Saturni,
anno 1760 redit. Programma, quo ad solennia
magistrorum invitatur.
36. Hoffmann, Gottlob Benedictus : De paena ordinaria
nonnunquam mitiganda.
37. Hoffmannus, Gottlob Benedictus : De juri iurandi
obligacione accessoria.
38. Hommelius, Cordus Ferdinandus : De remedio decollaz-
tione artis juris commendandi artificis. Programma,
quo solennia doctoralia . . . Ciroli Gall. Corn-
pensi . . . celebranda indicat.
39. Hommelius, Ferdinandus Augustus, pro iis preuenct-
iis : Programma, quo solennia inauguralia
. . . Gottlobii Benedicti Hoffmanni . . . celebra-
da indicat.



1762.

40. Kuesterus, Christianus Gottlieb, fac. ius procuracella -
nus: Programma, quo panegyrici inauguralis Chas.
tiani Gottliebi Heindelii indicat.

41. Martini, Dr. Gottlieff: Specimen iuridicum monita
ad neminem Continetur proponens.

42. Platnerus, Fridericus: Super usq; legis Rhadice
de jacta in bello ferrustri. Programma, quo oratio
cum auspiciatum indicat.

43. Puchmann, J. L. S.: De caeca et illiberali
sine arte critica et humanioribus litteris
jurisprudentia. Programma, quo ad lectiones
aestivas invitatur.

44. Richter, Dr. Tafes: Verbum singularium
legaturum vel praecceptorum dominio etiam
in Saxonia ante investituras acquisito.

45^o Schacke, Christianus Gottlieb: Specimen historicum
juri's eritis nesciitudes successivis ab ius -
testato exponeas. 2 Exempl.

1762.

46. Dr.

juris

et

lupi

47. Ni

rum

all

48. M

or

v



1742.

96. Wiesandius, Georg Heß: De praerogatione ac exercitio
juribus pro-marchionis, Austrissimi . . . usque
vicarii perpetui . . . in marchionata Lusitiae
Superioris.

97. Wiesandius, Georgius Stephanus: De ortho et progressu
seruitudinis secundam ius naturae et civile (adspersis
aliquot ad ius Lusitanum observationibus).

98. Wille, Jacob Gottfridus Regulus: De virginum
vestituum jure deprecandi pro reis



1762, 39.
16 19

PROCANCELLARIUS
D. FERDINANDVS AVGVSTVS
HOMMELIUS

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS AC ELECTORIS
SAXONIAE IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIUS,
CANONICVS NVMBVRGENSIS, PANDECTARVM P. F. ET
FACVLTATIS IVRIDICAE LIPS, ASSESSOR.

SOLEMNIA IN AVGVRALIA
CANDIDATI DIGNISSIMI
M. GOTTLBII BENEDICTI HOFMANNI
WITTEBERG. SAX.
V. ID. NOVEMBRIS
IN AVDITORIO PETRINO
PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT
quot testes requiruntur, si in Testamento inter liber
pater extraneae personae quid relinquere
velit?



TRILOGIAE
D'HERCULES AVA
HOMERI

ПРИЧАСТИЕ КОМПАНИИ АВА
ДЛЯ ПРОДАЖИ ВЪ САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ
САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ 1777

СОЛЕННАЯ ИЗДАНИЯ

ПРИЧАСТИЕ РОССИЙСКОГО ПОДЪИМЪ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ

СИНЕТЪ РИХОДОВЪ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ



Inter testamenta priuilegiata i. e. ea, quae, licet priuata tantum fide sustineantur, tamen sine confuetis alias solemnitatibus subsistunt, refertur quoque testamentum parentum inter liberos, quod valet, modo certa sit testatoris voluntas, de quo, ut constet, opus est, vt, si testamentum in scriptis conditum, 1) a testatore propria manu sit scriptum aut ab eo subscriptum *Nou. 107. Cap. 1. BERLICH Decis. go.* 2) vt exprimantur liberorum nomina et portiones, in quibus instituuntur per integras literas, *dicit. Nouell. 107.* 3) vt addatur annus et dies *dicit. Nouell. CARPZ. Part. III. Conf. 4. def. 17.* Si vero nuncupatiue conceptum, vt probetur per duos testes idoneos, licet non rogatos, imo et foeminas; Rechte inter liberos ita testantur parentes cuiuscunque sexus sint aut gradus, est enim non patriae potestatis, sed pietatis et reuerentiae effectus, cui aduersari videtur impugnare vltimas parentum voluntates ob solum solemnum defectum *B. BÖHMER Introduc. in ius Digest. Tit. de Testam. Milit. §. 13. STRYCK. Cau-tel. Testam. C. X. §. 1. TITIVS in iur. priuat. L. VII. C. X. §. n.* Cumque reuerentia aequa omnibus adscendentibus debeatur, omnibus quoque inter quoscunque liberos sine solemni observatione testari datum est ac permisum, etiam inter nepotes et pronepotes *arg. L. 26. C. Fam. hercisc. L. 4. §. 2. de in ius vocand. filio licet adhuc viuente. CARPZ. Part. III. C. IV. Defin. 16. emancipatos L. fin. C. Famil. hercisc. adoptios, per subsequens matrimonium legitimatos, etiam inter naturales et spuriros, modo mater ita testetur, pater enim ratione horum semper incertus, vulgo enim quaelesti non possunt ostendere patrem, sed pater ipsis et omnis et nullus est,*



ut loquitur BRUCKMANN in Repetit. L. in multis D. de statu hom. P. I. M. III. A. 23. no. 21. Non autem ita recte testantur parentes inter priuignos aut liberos vnitos, neque enim efficit vnio prolium, vt vni librorum instar sint, sed operatur saltim ius succedendi ab intestato, neque inter hos, inter quos intercedit parentelae respectus v. c. inter fratrum liberos, et in genere ita testari non licet inter extraneos, quo nomine hic veniunt omnes, qui liberi non sunt, aut librorum loco habentur, his igitur, si quid ipsis relinquatur, nihil debetur, sed relictum accrescit liberis in testamento institutis, et pro non scripto habetur. Igitur si extraneis aliquid relinquere velit, qui inter liberos testatur, vt testes adhibeat necesse est, Nouell. 107. C. i. L. fin. C. Famil. hercisc. L. 21. §. 1. C. de Testam. Testes igitur sunt adhibendi, sed quot? Nihil certi hic determinat cit. Nou. 107. sed testium in genere facit mentionem verb. Si tamen aut vxori aut extraneis personis aliquibus voluerit relinquere legata aut fideicomissa aut libertates, et haec propria scripta manu, dictaque a testatoribus coram testibus, quoniam omnia consequenter in dispositione posita ipsis et scripserunt et volunt valere, sint firma.

Multi igitur duobus testibus contenti sunt BRVN-NEM. Cent. 3. Decif. 27. DE BERG. Oecon. Iur. Lib. II. T. IV. th. 6. not. 5. CARPZ. P. III. C. IV. D. 19. LAVTER-BACH. Tit. de Testam. Milit. STRVV. Exercit. ad Pandect. XXXII. Th. 19. MEV. ad Ius Lubec. P. II. L. I. Art. 2. no. 34. HEINECC. Elem. Iuris Civil. secund. ord. Pandect. Tit. de Testam. Milit. §. 83. DAVTH. de Testam. pag. 450. no. 38. RICHTER. Decif. 29. no. 88. STEPHANI ad Nouell. 107. Cap. I. MERLIN. Dec. Rot. Rom. 803. no. 3. alii quinque desiderant SCHEPLITZ Tit. 32. no. 8. Ferdin. Christoph. HARPPRECHT de admixtione personae extraneae in dispositione



tione parentum inter liberos no. 237. FRIDERICVS de Mandat. L. 2. C. 68. no. 7. in fin. DE WERNH. P. I. obseru. 239. STRYCK. Caut. Testam. C. X. §. 24. TITIVS in iur. priuat. L. VII. C. X. §. 13. ID. Obseru. ad Lauterbach. obs. 890. B. BÖHMER *Introd. in ius Digest.* Tit. de Testam. Milit. §. 17. HERT. T. II. Dec. 250. no. 1. ZOES. ad Pandect. Tir. *Qui testam. fac. poss. no. 59.* aliquae plures.

Quibus duo sufficiunt prouocant ad L. 12. D. de Testibus: *Vbi numerus testium non adiicitur etiam duo sufficient, pluralis enim elocutio duorum numero contenta est, subfumunt enim Atqui in Nouell. 107. C. I. numerus testium non adiicitur, et concludunt: E. quoties pater in testamento parentum inter liberos priuilegiato extra-neo aliquid relinquit, duos testes adhibuisse fatis est; Porro nituntur auctoritate iuris Canonici in Cap. 10. X. de Testam. secundum quod omne testamentum coram duobus testibus conditum subsistit, modo his accesserit Parochus. Qui quinque e contra testes in testamento nostro necessarios esse eosque sufficere etiam perhibent, fundantur in L. fin. C. de Codicill. In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes vel ro-gati vel qui fortuito venerint, in uno eodemque tempore de-bent adhiberi, sive in scriptis sive sine scriptis voluntas conficiatur. Testibus videlicet quando in scriptis voluntas componitur subnotationem suam accommodantibus.*

Nouum idque duplex argumentum profert CASTREN-SIS Vol. I. Consil. 93. no. 2. et Consil. 97. no. 1. Certum ait ex capite institutionis non posse euerti testamentum parentum inter liberos, in quibus coram quinque testi-bus extraneis personis legata, fideicommissa etc. relictā, cum iure speciali illa valeant ex priuilegio parentibus concessō, itaque testamentum quoad institutionem vali-dum



dum est, deinde quoad legata etiam non potest dici nullum, cum ea solemnitas, et tot testes interuenient, quot pro legatis conficiendis sufficiunt. Praeterea inquit negari non potest, institutionem liberorum separatim factam coram quinque testibus esse validam. Et rursus, si ex interuallo coram iisdem testibus legatum extraneo esset relictum, haud dubie relictā valerent, cum habeant dependentiam ab institutione antegrediente. Sed neutra ex his sententiis placet, ab vtraque potius receundum esse duco, et in testamento parentum inter liberos minus solenni, extraneo omnino nihil relinquī posse autumno, sed ei, qui vxori vel quibuscumque aliis personis extraneis aliquid relinquere intendit restandum esse iure ordinario adhibitis testibus septem, masculis, rogatis uno eodemque tempore praesentibus, quae sententia ut
Doctorum potissimum recentiorum auctoritate et praeuidicis collegiorum non sufficiatur, rationibus tamen et argumentis haud quaquam destituitur. Minus dubii habere thesin nostram existimo, si extraneus in tali testamento minus solemnī haeres simul cum liberis sit institutus
STRYCK. de Cauel. Testam. C. X. §. 23. DAVTH de Testam. p. 450. no. 38. Ego vero etiam hoc casu id obtinere arbitror, si extraneo in tali testamento legatum, fideicommissū particulare, vel simile quid titulo singulari relinquatur. Hoc vt probem primo dari mihi postulo id quod facile concedent omnes DE WFRNH. P. X. obseru. 359.
ZOES. ad Pandect. Tit. Qui testam. fac. poss. no. 59. BEYER Delineat. iur. Civil. Tit. Dig. de Testam. Milit. §. 1. Priuilegium hoc parentum inter liberos testantium extra liberos nullum prorsus habere effectum, sed ad hos unice restringi, extraneos vero ad illud priuilegium nullo modo posse prouocare. Fac igitur in Testamento, quo extra-



extraneus heres institutus Caio relicta esse centum sed testes duos sicut vel quinque adhibitos, legatum erit inutile, inde infero, si legatum coram duobus vel quinque testibus relictum in testamento, in quo haeredes scripti sunt extranei, non subsistit, valere etiam illud non poterit relictum in testamento, in quo instituti sunt liberi, priuilegium enim patri datum, si testatur inter liberos, ad hos vnicet pertinet, alii nullum commodum exinde quaerere aut ad illud vlo modo prouocare possunt, quippe ad quos ex priuilegio isto parentibus concessio nullum omnino emolummentum resultat. Obstat, valere tamen testamentum parentum inter liberos vi clausulae codicillaris, codicillos autem coram quinque etiam testibus recte conditi, facile concedo, modo clausula codicillaris sit adiecta. Instas, adiectione non opus, quia clausula ista in testamento parentum inter liberos tacite subintelligitur.

HERT. P. I. Resp. 72. no. 8. R. 493. no. 5. DAVTH. de Testam. p. 441. no. 25. Respondeo, verum hoc quidem esse liberorum intuitu, ita, vt inter hos ultima patris voluntas, si non valere possit vt testamentum, subsistat tamen vt diuisio paterna, aut quoconque meliori modo, ratione extraneorum autem hanc tacitam adiectionem non praesumi, id quod in confessio est omnium, PANTSCHM. Lib. II. Qu. 9. no. 6. STRYCK. Cautel. Testam. C. X. §. 25. DE WERNH. P. IX. obseru. 40. Deinde sententiam meam probo ex Lege Constantini 26. C. Famil. hercisc. Si vero in huiusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona, certum est, eam voluntatem, quantum ad illam, duntaxat personam permixtam pro nulla haberi. Inde ergo concludo: Si in testamento parentum inter liberos extraneae personae nihil relinquere potest, sed quoad hanc dispo-



VIII

dispositio nulla, sequitur quoque, quod etiam extraneus ex ea petere nil possit, duobus licet vel quinque testibus adhibitis, generaliter lex loquitur, ergo generaliter quoque intelligenda est, et perperam ad illud testamentum restringitur, in quo nulli plane testes reperiuntur, locum potius habet tritum illud: Lege non distinguente nec nostrum est distinguere Perinde igitur, siue nulli omnino testes adhibiti, siue duo vel quinque, sed omnibus his casibus testamentum ratione extraneorum nullum est, nec quicquam operatur, nisi stipatum sit septem testibus masculis, rogatis, et simul eodemque tempore praesentibus. Denique prouoco ad L. Theodos. et Valent. 27. §. i. C. de Testam. Ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere defuncti, nisi inter solos liberos a parentibus utriusque sexus habeatur, non volumus, si vero in huiusmodi voluntate liberis alia sit extranea mixta persona, certum est eam voluntatem defuncti quantum ad illam, duntaxat personam, pro nulla haberi, sed liberis accrescere; Inde infero: Atqui testamentum coram duobus vel etiam quinque testibus conditum est imperfectum, aequae ac si nulli plane testes adhibiti, ergo extraneus nihil ex eo capit, sed quicquid huic relictum, pro non scripto habetur et manet in haereditate. Atque ita corroborauimus dogma nostrum pluribus rationibus. Restat, vt respondeamus quoque ad argumenta dissentientium, et primo quidem quod attinet ad Nou. 107. C. i. ad quam prouocant, qui duobus testibus contenti sunt. Verum quidem est, quod secundum L. 12. D. de Testib. vbi numerus testium non adiicitur etiam duo sufficiant, attamen haec lex, vt totus contextus et huius cum praecedentibus



tibus titulis connexio docet, de testibus proprie talibus loquitur, seu iis, qui adhibentur probationis gratia, quorum duo regulariter sufficient, e contra in Nouell. 107. sermo est de testibus in testamento solemnitatis causa adhiberi solitis, ab illis igitur ad hos sicut in genere, ita speciatim in hac visione nullum duci potest argumentum. Nouella igitur 107. quando de Testibus agit sine determinatione numeri, pro substrata materia de septem testibus testamentariis haud dubie intelligenda est. Vidimus modo, quod ante Iustinianum nostrum in Lege Constantini, itemque Theodosii et Valentiniani extraneis, quibus in testamento parentum inter liberos aliquid relictum, priuilegium datum non sit, sed ratione horum omne testamentum absque legitima obseruatione conditum nullum, idque optimo iure, nulla enim suppetit ratio, quare, quod in se est nullum et imperfectum, propterea valere debeat, quod in testamento, in quo liberi haeredes scripti, sit relictum. Non igitur existimandum est, Iustinianum Antecessorum suorum Constitutiones, iuris analogiae quam maxime conformes, corrigere voluisse et fancire in testamento parentum priuilegiato extraneo relictum omnino subsistere, modo adhibiti fuerint duo testes, potius credendum, quod, si legem priorem tollere et corrigere voluisset, aperte id indicasset, abrogatio enim legis prioris in dubio non praesumitur, quippe quae facti est, adeoque probanda. Alterum argumentum, quo vtuntur, qui duos testes sufficere contendunt, desumitur ex Cap. 10. X. de Testam. vbi Papa Alexander in genere testamenta coram duobus testibus adhibito

b

simul



simul presbytero condita firma permanere decernit, exin enim concludunt quod multo magis testamenta parentum inter liberos, quae iam per se sunt privilegiata, coram duobus testibus et parocho subsistant, si vel maxime extraneae etiam personae iis aliquid reliquit. Verum, ut cetera taceam, dispositio ista aut omnino non attenditur, vt apud nos in Saxonia Electorali, aut saltim ad testamenta ad pias causas hodie est restricta SCHNEIDEWIN ad §. 5. I. de Testam. Ordin. TIRAQYEL. de priuile. piae cauf. adeoque citatus textus ad nostra testamenta parentum inter liberos omnino non pertinet. Quinque testes qui desiderant, patrocinium quaerunt in L. fin. C. de Codicill. qui tamen textus nobis potius patrocinatur quam aduersariis. Ait Imperator: *In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes debent adhiberi.* Atqui testamentum parentum inter liberos, de quo hic agimus, est testamentum, ergo prono inde alveo fluit, quod, si extraneo aliquid in eo relinquatur, id coram quinque testibus fieri non posse, cum testamenta in dicta lege finali expresse sint excepta; Quod autem si codicillos tantum, aut dispositiōnem paternam haeredem non instituendo, coram quinque testibus fecerit testator, et in his extraneae personae aliquid reliquerit, valeat dispositio, nemo ambigit. Denique argumenta Castrensis quod concer- nit, valde quidem ea sunt speciosa, non diffiteor, non tamen tanta, vt ab opinione mea iis dimoueri me patiar. Primo enim nego, quod quoad legata testa- mentum non dici possit nullum, et quod tot testes interuenerint, quod pro legatis conficiendis sufficiunt, legata



legata enim in codicillis quidem coram quinque testibus sustinentur, in testamentis non aequae, sed in his absque septem testium interuentu non valent, iam vero pater in nostro casu non fecit codicillos, sed liberos haeredes instituendo condidit testamentum, deinde dubium non est, testamentum coram quinque testibus conditum ratione solennitatum esse imperfatum, certum quoque ex testamento imperfetto extraneis nil deberi, sed talem ultimam voluntatem, quantum ad intermixtam personam, pro nulla haberri, cit. L. hac consultissima 21. §. i. C. de Testam. L. fin. C. Famil. hercise. Quod autem porro vrget Castrensis, institutionem liberorum separatim factam valere et itidem quoque legatum extraneis in codicillis ex interuallo reliatum, indeque concludit, E. etiam virumque simus et coniunctim reliatum subsistit, ratio ista nihil probat, a casibus enim separatis ad coniunctos non valet argumentatio. Si separatim relinquuntur in codicillis legata, valent; Si coniungantur cum haeredis institutione in testamento, corruunt, separatim et coniunctim opponuntur sibi in L. 59. D. de haered. insit. iung. L. fin. D. de Calumn. L. 10. C. de Donat. inter Vir. et vxor. PANTSCHMANN L. II. Qu. 9. no. 6. Atque haec nostra doctrina vtut defensores perpaucos inuenerit, non tamen omni destituitur patrono. Legata in testamento inter liberos coram quinque testibus extraneo non deberi, sed septem testes esse necessarios, nobiscum contendit SVRDVS Consil. 258. PRUCKMANN Vol. I. Consil. 12. num. 114. LUDWELL. de ultim. volunt. P. II. pag. 345. ACCVRSIUS ad Nouell. 107. pr. FVSAR. Consil. 41. no. 18. VASQ. de Success. resol. L. I. §. i. et b 2 quam-



quamvis plerique horum distinguere videantur inter testamento patris scriptum et nuncupatiuum, nullam tamen inter utrumque solidam deprehendo rationis diuersitatem. Sed properandum nunc est ad illud ipsum institutum, cuius causa haec scripsimus, scil. ad indicendam solemnem promotionem Candidati dignissimi

GOTTLobII BENEDICTI HOFMANNI

Witteberg. Saxon.

Liberalium Artium Magistri

Ante omnia vero more in Academiis hactenus recepto
commemorandum est vitae eius curriculum, vt de nata-
libus honestissimis et vita laudabiliter hucusque acta pu-
blice constare possit. Accipe ergo L. B. quae de se ipse
refert clarissimus Hofmannus:

Ego GOTTLob BENEDICTVS HOFMANNVS na-
tus sum Wittebergae anno c^o I^o I^o CC XLIII. die III.
Ian. Vitam debeo maximamque omnis meae salutis par-
tem, secundum Deum, Parentibus optimis. Patri Viro
Summe Reuerendo atque Magnifico Carolo Gottlob Hof-
manno, Theologiae Doctori ac Professori Primario, Sena-
tus Ecclesiastici Affectori, Facultatis Theologicae Seniori,
aedis S. Mariac Pastor ac totius Circuli Electoralis Saxo-
nici Superintendenti Generali. Matri autem Rachel Eli-
sabethae e gente Bartshia. Parentes mibi carissimi de eo
potissimum fuerunt solliciti, vt Christianorum adscriptus
societati, a prima inde aetate et pietatis et optimarum ar-
tium praeceptoris rite imbuerer. Quam ob rem satis ma-
ture domesticorum opera praeceptorum, non solum sanctis
simae religionis nostrae doctrinis, sed iis etiam disciplinis,
quibus puerilis aetas ad humanitatem informari solet, eru-
diendum



diendum me curarunt. Subsequente dein tempore ingressus sum Liceum patrum, ibique sub moderamine Recloris Hilleri nunc Professoris Poeseos ordinarii Celeberrimi, ac Con-Recloris Schmidtii virorum ex fidelissima iuentutis manuductione admodum praeclarorum per multum annorum spatium litteris sedulo incubui humanioribus; praesertim gratissima semper agnoso et agnitus sum mente benevolam illam in me collaram curam atque industram qua in me erudiendo priuatatos intra parietes usi sunt. Adii deinde Grimmam ibique receptus in domum ac coniuctum celeberrimi Scholae prouincialis Recloris, Friderici Immanuelis Schwartzii, designati nunc Superintendens Penigiensis, affinis mei amantissimi per integrum annum scholam simul frequentauit prouinciale, atque Viiris usus sum celeberrimis Reclore Schwartzio, cuius institutione mirifice delectabar, Krebsii Correctore, Opitzio Tertio Praeceptore ac Richtero Matheos doctore. Nullus itaque dubitani, quin Wittebergam reuersus, Reclore Magnifico, Illustri b. Riuino nomen meum inter eos, qui in Album literariae Wittebergensis reipublicae, recipiuntur, profiterer. Quo fado primum operam dedicavi studio philosophico, theologico, et humanioribus, quas appellant literis, atque Thesni et Polemicam explicantem audiui Patrem Summe Reuerendum, Logicam Hillerum docentem, Historiam vniuersalem ac rerum in Imperio gestarum Ritterum explanantem, Geometriam, Trigonometriam ac Mechanicam Titium tractantem. Deinde priuatissime me docuit Magnificus Vir Chladenius multis mibi nominibus vel maxime colendus Ius Iustinianum; Illustris b. Waltherus artem quam vocant negotiandi atque notitiam statuum. Excellentissimus Hille-



rus Ius naturae duce Grotio, Consultissimus Franckius Ius
seendale. Denique et priuatos intra parietes in addi-
scendo Iure docentes audiui Magnificum Chlaedenium Pan-
dectas explicantem, Magnificum Krausium Institutiones
et Pandectas tractantem, Illustr. b. Waltherum Ius pu-
blicum vniuersale, Politicam, et Oeconomicam docentem.
Scholas quoque frequentauit disputatorias, tam in Iure
naturae apud Excellentissimum Hillerum, quam in Iure ci-
uili apud Magnificum Krausum, apud quem et simul exa-
minatorias habui. Publice quoque sub moderamine Ca-
roli Friderici Hofmanni Facultat. Philos. Assessore fratribus
mei amantisimi dissertationem de Ara victoriae Impera-
toribus christianis odioſa defendi. Cum itaque studia
hacce sic feliciter peregrinem, Lipsiam me contuli anno
MDCCCLXII. ibique Illustris Belius nomen meum albo
Academiae huius celeberrimae inséruit. Postquam vero
Summe Reuerendum ac Illustrem facult. iurid. Ordinarium
Bauerum ordinem iudicialis Processus docentem audiuisse,
atque methodum negotiorum in foro expediendorum ab
Excellentissimo Richtero accepisse, adii Inclutissimum
Philosophorum Ordinem ab eoque dignitatem peti Magi-
ſtri, qui honor etiam mibi Procancellario spectatissimo at-
que Reclore Magnifico Illustri Carolo Andrea Belio et De-
cano summe spectabili Carolo Christiano Woogio per Diplo-
ma d. dom. IX. Poſt. Feſt. Trinit. MDCCCLXII. tribu-
tus. Tandem et ab eodem ordine mihi aperta eſt ca-
thedra ex qua Praefes Dissertationem de Iurisurandi obli-
gatione accessoria ventilaui.

Tandem studiorum suorum fiduciam habens ad nos ac-
cessit, condigna laborum praemia decenter petens, qua
propter



propter ante omnia in studia et doctrinam eius inquirendum esse existimauimus, instituto eum in finem duplici cum eo examine, exspectationi nostrae per omnia satisfecit, ita, ut yoti eum compotem reddere nulli dubitaremus. Ut autem publico quoque de profectibus eius constet, cras Deo dante ad L. s. C. ad L. Iul. Maiest. electione, ut vocant, cursoria commentabitur, nec non subsequente die Martis Dissertationem inauguralem *de Poena ordinaria nonnunquam mitiganda* solus tuebitur, quo peracto Vir Consultissimus et Excellentissimus Dominus D. CAROLVS GODOFREDVS WINCKLER, Facultatis Juridicae Lipsiensis Assessor, Ciuitatis nostrae Senator grauissimus, in suprema Curia Prouinciali et Consistorio Aduocatus, Collega honoratissimus, cui ego ad hunc actum constitutus Procancelarius Ordine approbante Promotoris vices delegavi, Licentiati et Doctoris titulos, excepta ad Facultatem nostram adspirandi spe, ritu sollemni impertiet. Quam panegyrin *ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS*, Illusterrimi Comites, vtriusque Reipublicae proceres, Generosissimi demum ac Nobilissimi omnium artium studiosi praesentia sua honorifica condonare ne dedignentur, qua decet, obseruantia rogo.

Dabam Lipsiae Die Dominica XXII, post Trinit.

clo Io CC LXII.



X 3455260





B.I.G.

Black

White 3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

PROCANCELLARIUS
FERDINANDVS AVGVSTVS
HOMMELIUS

NTISSIMI POLONIARVM REGIS AC ELECTORIS
NIAE IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIUS,
CANONICVS NVMBVRGENSIS, PANDECTARVM P. F. ET
FACVLTATIS IVRIDICAE LIPS. ASSESSOR.

OLEMNTIA IN AVGVRALIA

CANDIDATI DIGNISSIMI

GOTTLOBII BENEDICTI HOFMANNI

WITTEBERG. SAX.

V. ID. NOVEMBRIS

IN AVDITORIO PETRINO

PVBICE CELEBRANDA

INDICIT

ter requirantur, sive Testamento inter liber
et extraneae personae quid relinquere
velit?